

CASTILLO

OPERA

TOMO. VI

F. A.

347

CAS

(1726/8)

Obra donación de la Asociación de Antiguos Alumnos a la Biblioteca de la Universidad de Alcalá.

En Alcalá de Henares, 2 de abril de 2001, siendo presidente de la Asociación D. Santiago Hierro Anibarro y tesorero D. José Manuel Chico Isidro.

IOANNIS
DEL

CASTILLO

ALFONSO MAYOR

LC. NUNCIUS OLM COMPLUTENSIS

QUOTIDIANARUM

CONTROVERSIARUM JURIS

TOMUS SEPTIMUS

PER AUCTORITATEM

REVERENDISSIMORUM PATRUM

SCIENTIFICARUM

CONGREGATIONUM

THEOLOGICARUM

SCIENTIFICARUM

CONGREGATIONUM

THEOLOGICARUM

COLONIAE ALCANTARAE

PER ACHON & CRAMER

M. DCCCLXXV

D. JOANNIS
DEL
CASTILLO
SOTOMAYOR

J.C. NOBILISSIMI; OLIM COMPLUTENSIS
Academiae Antecessoris Primarii; Postmodum in Gallaciano, Hispalensi, & Granatensi
Auditoriis, Regiisque Curiis, Successive Senatoris Amplissimi; Demum in Supremo
Dominicae Rei, sive Patrimonii Regii Senatu Consiliarii praestantissimi;

QUOTIDIANARUM
CONTROVERSIARUM JURIS
TOMUS SEPTIMUS:

Sive Tractatus Nobilissimus

DE TERTIIS DEBITIS REGIBUS HISPANIAE;
ex fructibus, & rebus omnibus quae decimantur.

In quo, non solum omnia quae ad institutum pertinent; sed & alia plura in foro quotidiana

notabiliterq; declarantur, & resolvuntur. Texaribus
OPUS REVERA PRAGMATICIS FORENSIBUS
utilissimum, cum Summariis, & Indicibus, ad sublevandum Lectoris laborem, opportunis.

NOVA EDITIO, AB INNUMERIS VETERIS PRAELI MENDIS EXPURGATA,
& Characterum varietate distinctis allegationibus non mediocri labore adornata.



F.A. 415

COLONIAE ALLOBROGUM,
Sumptibus PERACHON & CRAMER.

M. DCCXXVI.

D. JOANNIS

DEI

CASTILLÆ

SOTOMAYOR

J. C. NOBILISSIMO OMNIUM COMPUTENSIS

QUOTIDIANARUM

CONTRORSIARUM JURIS

TOMUS SEPTIMUS

DE REBUS DEBITIS REGIBUS HISPA...

RE...

COLONIAE AGRORUM

PERACHON & GRAMMIS

M. DC. XXVI

APPROBATIO

Libri D. D. JOANNIS DEL CASTILLO SOTOMAYOR, in summo Dominica rei, patrimoniiq; Regij, Senatu Consiliarij præstantissimi, de TERTIIS, debitis Catholicis & invictissimis Regibus Hispania, ex fructibus, & rebus omnibus, qua decimantur, jussu Domini Licentiati Laurentij de Yturriarra, Manua Carpentane Vicarii Generalis, à Doctore Blasio Gundisalvo à Ribero, Consultore Sancti Officij, Regalibus in Consiliis Advocato pauperum, carceratorumq; sanctæ Generalis Inquisitionis, facta.



LORES æquè, natura mirabili quasi pictura illustrati, ultimæque perfectione uniti, cujuslibet ad laudandum aditum intercludunt, electionem, & profectionem tardant, ne unius gloria alter defraudetur; ita in approbatione hujus libri, & Panegyrico Authoris miris virtutibus & literis imbuti, condecoratique, mihi accidit; vereorque ne dum unius laudi incumbo, injuriosum de cæteris silentium videatur: quò igitur me vertam nescio, nec inter tot amœnitates facilis ingressus mihi patefit, ut Ovidius cecinit in Fast.

Ut stat in incerto quæ sit sibi nescit eundum,

Cum videt ex omni parte viator iter.

Sic quia posse datur diversas reddere causas:

Quò ferar ignoro, copiaq; ipsa nocet.

Opus omni laude dignissimum, Auctoris nobilissimi, & doctissimi peculiare, qui antiqua utriusque Imperii jura reficit, collapsa instaurat, pristinum vultum, & formam Jurisperitorum reddit, præsentibus utilissimum, posteritati ornamentum, patriæ gloria, nostræ fidei, & integris moribus consentaneum, ut in utilitatem omnium eniteat, typis mandari posse existimo.

El Doct. Gonçalo de Ribero.

Licencia del Ordinario.

NOs el Licenciado Lorenço de Yturizarra, Vicario General de la Villa de Madrid, y su partido por su Alteza; por la presente por quanto a nos toca, aviendo visto la aprovacion destotra parte, damos licencia para que se pueda imprimir, e imprima el Tomo Septimo de las Tercias Reales, compuesto por el Señor Don Juan del Castillo Sotomayor, del Consejo de Su Magestad en su Real de Hazienda. Dado en Madrid, a treze de Junio de mil y seiscientos y treinta y tres años.

Licenciado Lorenzo de Yturizarra.

Por su Mandado

Juan Francisco de Haro Notario.

Muy Poderoso Señor,

POr comission de V. Magestad he visto un libro del Doctor Don Juan del Castillo Sotomayor, que es el Tomo Septimo de sus escritos, y obras, y contiene un tratado, *De Tertis debitis Regibus Hispania, ex fructibus, & rebus omnibus, qua decimantur*; materia non escrita por otro Autor alguno, ni del Reyno, ni estrangero: muy importante, util, y necesaria, y practicable continuamente; y me parece que es muy conforme a los demas, que tan doctamente, con tanto estudio, y trabajo ha escrito, y sacado a luz, con beneficio grande de la Republica, y aprovacion general de todos; y assi se le puede dar la licencia que pide por la utilidad grande del libro, y porque contiene cosas muy selectas, muy doctas, y de mucha ponderacion, y estimacion, y de grande provecho para muchas materias que resevelve con toda erudicion. En Madrid a 16. de Julio de 1633.

El Licenciado D. Francisco de Alarcon.




ARGU.



ARGUMENTA OMNIUM CAPITUM

Quæ continentur in hoc Tractatu de Tertiis,
debitis Regibus Hispaniæ, ex fructibus & Rebus
omnibus quæ decimantur.

*Tam accurata methodo digesta, ut tota cujuslibet Capituli materia
facili negotio possit dignosci.*

CAP. I. ONTINET hujusce
Tractatus præfatio-
nem, & qua potissi-
mum ratione Author
excitatus, adductus-
que fuerit, ut de Tertiis, vulgò, *los dos
novenos*, quæ invictissimis & Catholicis
Regibus Hispaniæ præstantur, ex om-
nibus fructibus & rebus quæ deciman-
tur, explicationem atque interpretatio-
nem ex proposito assumeret (quam cæ-
teri omnes omiserunt) & ibidem *leg. 1.
tit. 21. lib. 9. coll. Reg.* verba ad literam
commemorantur. p. 1.

CAP. II. De Tertiis qui Authores sermonem
instituerint, sive nonnulla (brevissimè ta-
men) tradiderint. Tertiæ quæ dicantur,
sive qua in quantitate consistant, tam ex
lege, quàm ex communi Interpretum tra-
ditione & observantia. Tertiæ utrum ex
consuetudine contraria minui possint, ita
quod duo Noveni non integrè solvantur.
In decimis solvendis consuetudo multum
valet, & potest; ex quo ad nonnulla infer-
tur. Et quæ, aut qualis, sive quanti tempo-
ris consuetudo requiratur. Tertiæ integræ
ut non solvantur, an immemorialis præ-
scriptio necessaria sit præcisè, nec alia suf-
ficiat.

Decima est onus reale, & sequitur possessio-
nem, & fructuum possessore seu detenta-
torem; ita ut possit Ecclesia eligere novum,
aut antiquum possessorem, pro Decimis
præteritis non solutis. Prout in fundo em-
phyteutico, & in census possessore, & in
beneficij possessore, qui pro præteritis pæ-
sionibus, aut redditibus conveniuntur.

Jo. del Castillo Quotid. Contr. Jur. Tom. VII.

Decimæ quota præscribitur. Quæ requiran-
tur ut consuetudo solvendi decimas non
integras, & non de omnibus fructibus di-
catur legitimè præscripta, legitimèque
probata. Et an in quota Tertiarum in mi-
nori quantitate, *que en los dos novenos*,
æqualiter procedant. pag. 2.

CAP. III. Circa Tertias ex fructibus, & rebus
omnibus quæ decimantur, usque adeo Re-
ges Hispaniæ jura sua fundare, omnemque
allegationem atque dubitandi rationem
in contrarium excludere, ut contra ipsos,
nihil, quod urgeat, sive aliquam vim ha-
beat, opponi possit.

Nec de tenore Bullarum, aut literarum Apo-
stolicarum aliter quàm ex re ipsa & veri-
tate, & sola relatione *legis primæ. tit. 21.
lib. 9. nov. coll. Reg.* constare, sive lite-
ras ipsas produci, aut exhiberi necessa-
rium sit; nec titulum aliquem producendi
necessitas ulla Regiis fiscalibus incumbat.

Chronicis, & Historiis, Authoribusque
gravibus, de dictis literis Apostolicis testi-
ficantibus, plenam fidem adhibendam
esse, quando alia multa, quæ simul con-
currunt, deficerent. Est enim Historiarum
magna autoritas.

Possessio relevat possessorem ab onere de-
monstrandi titulum, etiamsi res sit talis,
quod sine titulo possideri non possit; vel
quæ ad alium spectat; vel si possidendi in-
capacitas datur, quando possessorem tue-
tur antiquitas temporis immemorialis; &
etiamsi lex præscriptioni resistat, aut præ-
sumptio cõtra præscribentem adsit; dum-
modo titulus allegetur, atque eo principa-
liter quis se fundet, & *juvet*: ubi quorum-
dam

INDEX CAPITUM

dam Authorum contrarietas, & à Crave-
ta & Menochio dubia novè excitata, novè
etiam & singulariter diluuntur per Au-
thorem, & Antiquorum quorundam
placitum in tuto relinqui videtur satis uti-
liter, & aliter quàm antea factum esset.

Et concluditur, laicum nulla præscriptio-
ne etiam immemoriali acquirere posse
jus percipiendi decimas; idque quo-
cumque titulo etiam temporali: cum
spiritualia laicus possidere non possit;
eorumque sit incapax.

Titulo tamen legitimo à Rom. Pontifice
habito, vel à Prælatiis, ante Concilium
Lateranense, Decimas acquirunt laici.
Unde si titulum alleget, & in ejus com-
probationem, Immemorialem cum suis
requisitis verificet, obtinebit quidem in
vim tituli, non autem Immemorialem,
quæ tamen efficit ut titulus validissimus
& efficacissimus præsumatur.

Et tunc inquiritur, an præter immemoria-
lem quasi possessionem sit necessaria
probatio famæ privilegij habiti à Rom.
Pontifice, vel ab inferioribus Prælatiis
ante Concilium Lateranense; & nova
Authoris consideratio proponitur.

Laicus contra Laicum decimas præscribe-
re potest; sic etiam à solutione deci-
marum, præscriptione se eximere: Et
tunc quæ præscriptio necessaria sit; quæ
etiam in Tertiiis.

Immemorialem, cum qua concurrat fama
privilegij, habet vim concessionis &
privilegij Papalis. Idque maximè quando
concurrat scientia tacita aut expressa Pon-
tificis; & tolerantia ipsius quæ confirmat
titulum aliàs invalidum. Et quando est
generaliter inducta ab omnibus, tam
Clericis, quàm laicis. Et quando adest
solutio atque recognitio facta à multis.

Titulus validus & legitimus præsumitur ex
cursu triginta, vel quadraginta annorum.

Et an præsumatur ex cursu, sine possessio-
ne decem annorum.

Et de materia leg. *cum de in rem verso*, ff.
de usur. & leg. *si certis annis*, Cod. *de pact.*

Regalia dici omnia, quæ Reges percipi-
unt ex concessionibus & gratiis Apo-
stolicis Romanorum Pontificum.

Et verè Regalia quæ dicantur, & quæ Re-
galium appellatione contineantur &
veniant. p. 7.

CAP. IV. Decimas, quod attinet ad jus fa-
bricarum, diversum statum diversis tem-
poribus habuisse. Et quæ pars fabricis ipsis
in Hispania assignata fuerit, quæ etiam
Regibus Hispaniæ applicata sit, tam ex
intentione quorundam, quàm ex vera &
còmuni omnium Interpretum traditione.

Verbum, *integrè*, aut *plenè*, aut, *omne*, aut
similes dictiones quid importent sui na-
turam.

*Que la gracia y concession de los dos novenos
enteramente, de todos los frutos, y rentas,
y cosas que se diezmarè en todos estos Rey-
nos, fue simple, y absoluta, sin relacion,
contemplacion, ni menos consideracion,
o restriccion a la parte que de los diezmos
percebian, y llevavan, o percibieren, y lle-
varen las fabricas de las dichas Iglesias
Y de tal manera, que no se pueda dezir, que
los Señores Reyes de Castilla entraron, o se
subrogaron, o entran y se subrogan en las dos
partes de la tercera parte de los diezmos,
que tocasse a las fabricas, o que esta parte
solamente se les diese; porque fue absoluta,
y plena la dicha concession, sin dependencia
de el derecho, o parte de las dichas fabri-
cas.*

*El efecto de esta diferencia, es de mucha
consideracion, porque si fuera subrogacion
los Señores Reyes de Castilla entraran so-
lamente en el derecho, y parte de la parte
de las fabricas, y en los casos que no tuvie-
ran parte ninguna de diezmos, las fabricas
mismas, pareciera que no podian pedir los
dos novenos.*

Cum autem fuerit absoluta & indistincta
concessio, *sin contemplacion a las partes de
las fabricas; ni si las tuvieren, o no; ni me-
nos subrogacion, de venise les de rigor de
justicia y han de llevar los dos novenos en-
teramente de todos los frutos, y las cosas
que se diezmarèn, tengan la parte que tu-
vieren las dichas fabricas, o sean mas, o
menos todos los diezmos que llevan, y aun-
que no tengan parte ninguna, como en al-
gunas partes, y Iglesias no la tienen.*

*Y aquesto es notable, y singular, y nõ expli-
cado assi, ni con esta distincion por otro al-
guno andel Autor.*

Subrogatio fit cum eisdem qualitatibus, na-
tura, & potestate, & in eisdem casibus:
& cum eodem, non majori jure, & sapit
naturam ejus, in cujus locum subrogatur
res subrogata. Quod exornatur non-
nullis.

Majoratus res si vendatur, & de pretio ema-
tur alia, res empta ad majoratum specta-
bit. Et dicitur possideri, ac si res vendita
possideretur. Et cum eisdem vinculis, con-
ditionibus, & qualitatibus: nedum in
universalibus, sed etiam in particularibus.
Ubi subrogationis articulus exornatur
satis utiliter. p. 22.

CAP. V. Ex decisione leg. *prima*, tit. 23.
lib. 9. nov. coll. Reg. deduci nonnulla no-
tatu digna, & quæ regulis juris communis
ordinariis repugnare videntur, & ad qua-
tuor

INDEX CAPITULUM.

tuor principaliter rediguntur.

Referentis, & Relati, doctrinæ & resolutiones communes; Relatum, inquam, esse in Referente cum omnibus qualitatibus suis, dummodò Relatum appareat; & aliis modis, prout *hoc cap.* proponuntur; an & qualiter legi primæ applicari possint, qua Tertiæ gratiæ & concessiones à Rom. Pontificibus factæ Regibus Hispaniæ enunciantur atque referuntur; si de ipsis aliter quàm ex relatione legis ejusdem primæ non constet, sive an sola relatio sufficiat.

Instrumentum an possit exequi, si aliud, ad quod sit relatio, non sit exhibitum.

Positioni si quis respondeat, confitendo eam, addit tamen, prout in tali instrumento continetur, an simpliciter confiteri dicatur. pag. 27.

CAP. VI. Adducitur secundum obstaculum, aut motivum, sive secunda dubitandi ratio, qua frequenter uti, excitarique solent hi, qui Tertiæ solutioni contradicunt; scilicet Regibus Hispaniæ de concessionibus & gratiis Apostolicis testificantibus & asserentibus ita extare; prout in *d.l. 1. tit. 2 l. 1. lib. 9. nov. coll. Reg.* enunciatum atque refertur, plenam fidem adhibendam non esse, imo gratias ipsas seu concessiones produci & præsentari debere; & eidem satisfacit, responsivumque præbet Author.

Et Articulus ille, an, & quando Papæ, Imperatoris, Regis, & alterius Principis assertioni standum sit, necne; dilucidè & distinctè explanatur. pag. 31.

CAP. VII. Aliud obstaculum, sive motivum proponitur, atque consideratur, quod decisioni *d. legis 1. tit. 2 l. 1. lib. 9. nov. coll. Reg.* obstare videtur, & concludenter diluitur.

Regula etiam, quod Actore non probante, reus, etsi nihil præstiterit, absolvi debet; exornatur, atque in terminis *ejusd. leg. prima* limitatur; prout etiam quando præsumptio, aut possessio, sive antiquissima præstatio, aut temporis observantia, & maximè immemorialis præscriptio adest in contrarium, prout hic adnotatur. pag. 34.

CAP. VIII. Obstaculum aliud, sive motivum expenditur ex decis. *ejusd. leg. 1. tit. 2 l. 1. lib. 9. nov. coll. Reg.* deductum; quod etiam juris communis regulis ordinariis obstare & repugnare videbatur prima facie, legem scilicet ipsam primam *tit. 2 l. 1.* (quæ à Principe sæculari edita est) ligare & comprehendere Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, quoad solutionem atque exactiorem Tertiæ, sicut sæculares, & laicos; quod notabiliter diluitur

atque explicatur: & redditur ratio limitationis in terminis *ejusdem leg. 1.* memorabilisque & nova resolutio proponitur.

Facere censetur is, cujus autoritate & dispositione seu voluntate res fit: quod exornatur.

Concesso uno, concessa intelliguntur omnia, quæ veniunt consecutivè & accessorie ad illud, & sine quibus concessio effectum plenum non haberet: quod exornatur.

Clerici non tam absolutè exempti sunt à jurisdictione Regia Principum sæcularium, quin ratione subjectionis & vicinitatis, in sæcularibus subsint Principi sæculari in ordine ad bonum publicum & rectum regimen. Inde lex temporalis ratione directiva obligat etiam Clericos, quatenus universaliter tangit bonum publicum Clericorum & Laicorum: quod exornatur; & *cap. seq.* latius explicatur. p. 36.

CAP. IX. Statuta, leges, aut edicta Principum sæcularium regulariter non comprehendunt, nec ligant, nec ligare possunt Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, nec eorum bona; idque tam ex defectu potestatis, quàm jurisdictionis: quod ex proposito exornatur atque declaratur.

Clericos, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, & eorum bona, immunes esse à tributis; collectis, & contributionibus quibuscumque, & ab omnibus oneribus, quæ à Principibus sæcularibus imponuntur, nec ligari illis regulariter.

Teneri tamen contribuere in illis tributis & oneribus, quæ indicuntur omnibus in bonum commune & publicam utilitatem, & ob necessitatem Reipublicæ, Cujus rei exempla plura traduntur.

Exemptio Clericorum, Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum à tributis, oneribus, & contributionibus quibuscumque, quo jure procedat, introductaque sit, an divino, an humano tantum positivo, quod dilucidè & breviter declaratur.

Ex causa publicæ & communis utilitatis, ejusque favore, sæpè recedi ab ordinariis juris communis regulis, multaque permitti quæ aliàs non licerent: quod exornatur.

Princeps supremus in casu urgentis necessitatis, atque ex justa causa boni publici, & implementi obligationum Regiarum, quamplurima facere potest, & onera vassallis imponere, ex quibus ipsi conqueri non possunt, cum tempore necessitatis omnia dicantur esse Principis.

Quando ay necessitad apretada, grande, y urgente, el Reyno se llarma à Cortes para la concession de tributos y nuevos servicios,
para

I N D E X C A P I T U M.

para mayor satisfacion de todos, y justificacion de su Magestad; sive ex benignitate regum Castellæ, non ex necessitate justitiæ, prout latius notatur, & comprobatur.

Pro publica, communique & mixta omnium utilitate & necessitate, Ecclesiasticos ligari legibus & edictis Principum secularium, & à tributis & contributionibus non esse exemptos, quod enunciari communiter solet, an, & qualiter procedat.

Et an urgente necessitate & causa communi & mixta Clericorum & laïcorum, Romani Pontificis licentia necessaria sit, atque præcedere debeat? Quo in dubio opiniones contrariæ referuntur & commemorantur. Et pro ipsarum conciliatione, absolutæque ejus controversiæ explicatione septem observationes principales proponuntur, quibus accuratè & memorabiliter, & aliter quidem quàm hæcenus factum esset, quæstio ipsa explanata relinquatur.

Pauli etiam Castrensis *consilium* 423. lib. 2. expenditur; quod in hac ipsa materia notabile admodum & singulare reputari debet.

Et vulgatum illud Interpretum assumptum, quod si gratia, quæ est solita concedi, non concedatur, injuria videtur fieri petenti illam; nonnullis exornatur, atque illustratur. p. 40.

CAP. X. La concession y gracia de las Tercias, que a los Señores Reyes de Castilla, de Aragon, de Navarra, y de otras partes, en los tiempos passados hizieron los Romanos Pontifices, procedio con toda justificacion, y en consideracion de la cosa publica, y de los grandes gastos que en las guerras hazian.

Y assi en aquellos, y en su principio valio, y tuvo toda firmeza de derecho, la dicha gracia, y concession de Tercias, y oy se conserva, y deve conservarse, y ha de durar perpetuamente, y para siempre, porque corre, dura y milita la misma razon de la consideracion de la cosa publica, y de las guerras que entonces movio principalmente a los Romanos Pontifices.

Los quales pueden conceder, y dar los diezmos a los Principes, Señores seculares, y a otros particulares, o temporal o perpetuamente, aviendo, y concurriendo justa y legitima cosa.

Y assi pudieron, y pueden dar las Tercias mas facilmente, pues los diezmos se conservan en la Iglesia, y dellos se sacan las Tercias, que son los dos novenos.

Et tunc sola commoditas & perceptio fructuum censetur concessa, quia jus deci-

• mandî tanquam spirituale non potest laïcis competere, nec concedi.

Romanus Pontifex non potest tollere omnino & universaliter præceptum de Decimis solvendis, sive jus Decimarum, aut omnes Decimas in universo Orbe alicui concedere; quibusdam tamen personis & locis dare & remittere potest, & eas in Octavam, Duodecimam, aut aliam partem reducere.

Decimæ quo jure institutæ, debitæque sint.

Et de variis & contrariis opinionibus in proposito: communique illa Interpretum distinctione, quæ per manus circumfertur quotidie, Decimas quoad quotam, sive quantitatem, jure humano, Pontificio, positivo institutas & indictas fuisse; Jure tamen naturali & divino Clericis debitam esse à laïcis eam partem fructuum, quæ ad eorum alimenta & congruam sustentationem necessaria sit. p. 72

CAP. XI. Tertiæ Regibus Hispaniæ à Romanis Pontificibus concessæ, an omnino mutaverint qualitatem bonorum Ecclesiasticorum, & ab eo tempore factæ fuerint jus Regale, & desierint esse spirituales & considerentur tanquam quid temporale & profanum, & inter bona temporalia computari debeant, ita ut in commercio laïcorum esse dicantur, & possint liberè alienari, cedi, & permutari, & benemeritis concedi.

An etiam ij, qui à Regibus causam habent, securi sint, & liberè possint illas alienare, & in alios quovis titulo transferre.

Decimæ in feudum datæ ante, vel post Concilium Lateranense, an possint in alios transferri, necne? Et de intellectu *cap. prohibemus* 19. de *decim.* & *cap. 2. §. sanè, eod. tit. lib. 6. & cap. cum Apostolica, de his que sunt à Prælat.*

Ubi & de Concilio ipso Lateranensi nonnulla adnotantur. p. 78.

CAP. XII. Judices sæculares, Regiæque Tribunalia utrùm cognoscere possint & debeant, etiam privativè ad Judices Ecclesiasticos, de causis Decimarum quæ ex gratia & concessione Romanorum Pontificum ad Principes seculares, aliosque privatos pertinent, & in eorum patrimonio incorporate sunt. Idque sive ab ipsis, sive ab aliis possideantur. Et sive agatur de quæstione juris, sive facti. Et non modò inter laïcos, sed etiam inter personas Ecclesiasticas. An verò cognitio ad Ecclesiasticos Judices pertineat; quemadmodum si Decimæ, aut Tertiæ in Ecclesiis ipsis permansissent, & Regibus concessæ non fuissent? Ubi articulus hic ingenti studio & diligentia, aliter etiam quàm hæcenus

nus

I N D E X C A P I T U M.

- nus ab alio factum fuisset, discutitur.
- Clerici non supponuntur iurisdictioni & potestati laicorum, nec coram Iudicibus laicis conveniri possunt: quod exornatur; & Caroli de Grassis locus copiosissimus expenditur.
- Decimarum causa est Spiritualis & Ecclesiastica, & ejus cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem pertinet privativè
- De juribus, valore, & interpretatione privilegiorum cum contenditur, atque dubitatur, recurrendum est directò ad Principem, qui privilegium concessit, pro declaratione illius: quod exornatur.
- Lites quæ super feudo; aut causa feudali agitantur, coram Domino feudi tractari debent.
- Possessio unius partis & præsumptio juris contra alteram partem, efficit, ut is qui possidet, & de jure fundat suam intentionem, rei, & non actoris loco habeatur,
- Opinio probabilis dicitur non solum ea quæ multorum Authorum testimonio comprobatur, sed ea quoque quæ vel unius vel alterius docti & gravis Viri autoritate munitur? & in utroque foro excusat: & probari atque recipi valet, quamvis aliorum opinio extet in contrarium.
- Clericus in causis possessoriis, an possit conveniri coram Iudice sæculari pagina 82.
- CAP. XIII. *Su Magestad, y todos los Reyes de Castilla fundan de derecho, y tienen fundada su intencion para pedir, perceber, y cobrar las Tercias de todos los frutos y cosas que se diezman.*
- Dummodò de las cosas que se piden Tercias, se pague diezmo, non alias: Unde de las cosas y frutos que no se diezmaran, no se deveràn, ni pagaràn Tercias.
- T las Iglesias, y personas Ecclesiasticas y otras personas que possyeren tertias, viñas, olivares, heredamientos, y otras qualesquier cosas que no se diezman, y nunca se han diezgado, esto es de cuyos frutos no se han pagado diezmos, no deven pagar Tercias. De que se infiere à algunos casos extraordinarios que el Author ha considerada, y son prácticos y necesarios.
- Et cui in hoc onus probandi incumbat?
- Qualitas à lege requisita, & quæ est fundamentum aliquid petendi, sive intentionis agentis, præcisè verificari debet, sive de ea constare. Et ubi lex actum qualificatum requirit, non sufficit probare actum sine qualitate, sed qualitas verificanda est.
- Auctor & reus debent probare illud quod est fundamentum suæ intentionis.
- Agnatio, unde, vel ex quo aliquid solvatur, Joan. del Castillo; Quotid. Contr. Tom. VII.
- an faciat conditionem; vel demonstrationem; ad leg. quidam testamento, cum aliis, ff. de leg. 1.
- Decima solvenda est ex omnibus terræ fructibus, & de aliis proventibus, & de multis aliis quæ referuntur. Et decimas solvere omnes tenentur regulariter. Præsumptio juris transfert onus probandi in adversarium. Intentio fundata in jure communi, transfert onus probandi in alium. Idem si fundatur in Regula juris.
- Negativa probanda est ab eo qui in ea se fundat: Et negativa oratio quæ dicatur.
- Exornatur sententia Glossæ junctæ suo textui in l. cum lege, ff. de probat. & infertur ad nonnulla in praxi quotidiana tam in hæredibus, quàm in legatariis, & in promissione dotis & arrharum.
- Præscriptio nulla currit impedito de jure agere: quod exornatur utiliter. p. 97
- CAP. XIV. *La decision de la ley primera titul. 21. libr. 9. novæ collect. Reg. y la gracia, y la concession de las Tercias, non restringitur ad tempus factæ concessionis, seu conditæ ejus legis, ni a los frutos, rentas, y cosas que entonces se dezmaran.*
- Sed indistinctè & generaliter comprehendit, todo lo que entonces, y adelante y en qualquier tiempo se diezmare. Para que todo se devan, y puedan cobrar las Tercias. T de los novales, y todo lo que de nuevo se empeçare a diezmar, y antiguamente no se dezmarva, como si siempre se huviera diezgado. Porque en verificandose la calidad de diezmar, se deven indistintamente Tercias: sin attender, ni tener consideracion al tiempo en que se empieça a diezmar, y si se solia diezmar, o no; sino tan solamente si de presente se diezma.
- Una pars dispositionis aliam declarat: & ex contextu verborum totius scripturæ, legis, aut dispositionis, colligitur & declaratur disponentis voluntas: atque ex vicinis scripturis: & ex inferioribus verbis: & ex præcedentibus, & subsequenter: & ab utroque extremo. Et unum verbum in una parte legis aut dispositionis positum, quod sit ambiguum, interpretari & intelligi debet secundum quod in alia parte reperitur clarius dispositum.
- Verba præsentis temporis regulariter non trahuntur ad tempus futurum: idque in omni actu, materia, & dispositione; in testamentis, in contractibus, & in aliis actibus; Et quando secus? Quid in donationibus, & in gratiis & privilegiis Principum.

INDEX CAPITUM.

- Et donatio, aut concessio Principis, per quam conceditur facultas providendi seu conferendi officia, an extendatur ad officia postmodum creata: Et de interpretatione atque explicatione juriu quorundam, & maximè text. *in cap. quia circa, & cap. cum capella, de privileg. & Clement. ult. de rescript. & leg. si servitus, ff. de servit. urban. præd. & leg. non modus, Cod. de servit. & aqua.*
- Decimæ novalium an, & qualiter debeantur Parocho, & de nonnullis conclusio- nibus in proposito novalium, quæ ad Tertias novè applicantur. p. 104.
- CAP. XV. Episcopus si præscriptione im- memoriali, vel alio legitimo modo acqui- fierit jus percipiendi decimas integrè, & absque ulla diminutione ex rebus omni- bus aut fructibus, qui percipiebantur in certis agris, fundis, vel terris, ita quod Tertias Regibus Hispaniæ nunquam sol- verit: an idem jus non solvendi Tertias conservare debeat, si in eisdem agris, aut terris seminentur & colligantur alij fructus diversi generis.
- In eisdem etiam terminis, quod universali- ter scilicet & integrè percepit semper Episcopus fructus certi generis, nec de eis unquam Tertias solvit (idque imme- morialis præscriptionis, aut alterius titu- li legitimi virtute & intuitu) utrùm Ter- tiasolvere debeat ex eisdem fructibus, qui tamen de novalibus percipiuntur, id est, de terris, aut agris de novo ad cul- turam redactis, sive de novo seminatis?
- Ubi utrumque dubium singulariter & nota- biliter declaratur.
- Textus etiam *in cap. cum contingat 29. & in cap. ex parte 27. de decim. egregiè expli- catur.*
- Explicantur etiam & alia jura, & maximè text. *in cap. commissum 4. & in cap. cum in tua 30 & in cap. in aliquibus 32. de decim. & in cap. ult. de privileg.*
- Decimas percipiendi ex certo genere fru- ctuum, atque ex certis agris, vel terris, jus competens ex privilegio, vel imme- moriali præscriptione integrè conservari & retineri, etiamsi diversi fructus colligantur & seminentur, sive varietur mo- dus seminis & fructuum
- Mutatio superveniens de qualitate fructu- um, vel de modo percipiendi, non præ- judicat juri prius in decimis quæsito. Et licèt qualitas mutetur, adhuc res eadem judicatur. Idque utiliter exornatur. p. 114
- CAP. XVI. A solutione & præstatione Ter- tiarum (in quibus Reges Hispaniæ de jure fundant, & fundatam habent suam inten- tionem) liberari, immunésque esse eos, qui titulo valido & legitimo, seu imme- moriali præscriptione se tueantur; quod *capitib. seqq.* latiùs explicatur. Et an in proposito, causativè saltem, titulus sta- tim produci atque exhiberi debeat.
- Titulum suæ possessionis, sive rei, quam pos- sidet, regulariter nullus tenetur ostendere.
- Quod procedit in omni actu, materia & dis- positione: Et etiam respectu fisci, aut Prin- cipis supremi, ex generali regula *l. cogi, Cod. de petit. hered.* quæ exornatur, & octo modis principaliter limitatur.
- Tertiæ si vendantur, an decima, seu gabella ex venditione debeatur? Et an Ecclesia- sticum subsidium?
- Reges nostri, an jure possint Tertias, gabel- las, & alia jura Regalia distrahere & do- nare? An etiam concessionem seu privi- legium semel concessum revocare? Et utrumque ex professo & longa serie ex- plicatur *capitib. seqq.*
- CAP. XVII. Reges Hispaniæ, aliósque su- premos Principes, superiorem non reco- noscentes, jure posse alienare & distra- here, & quocunque modo concedere Tertias, vectigalia, gabellas, & alia jura Re- galia; quod resolutum fuit *cap. præced.* nunc exornari & latiùs comprobari. Re- stringi etiam, ut non procedat quando a- lienatio seu concessio magnum Regno damnum afferret; quia tunc revocari posset.
- Reges & Principes supremi utrùm possint vendere, alienare, & quocunque modo distrahere, ac etiam donare res, & bona Coronæ, & patrimonij Regij; civitates quoque, oppida, & castra, & jurisdic- tiones?
- Ubi contrariæ sententiæ, variæque & multa Interpretum nostrorum placita in medi- um proferuntur: & affirmativa opinio etiam in terminis juris communis magis probatur; dummodò alienatio, aut do- natio, in magnum Regni, seu Principatus detrimentum non redundet.
- Fundamenta contraria diluuntur: & expli- catur text. *in c. intellecto 33. de jurejurand.*
- Constituitur etiã differentia inter Regnum, Regésque Hispaniæ, & alia Regna, eo- rumque Principes, quoad facultatem alie- nandi, & donandi bona Principatus & di- tionis suæ. Et leges Regiæ ponderantur, quibus Regibus ipsis alienationes & do- nationes permissæ sunt; si quidem non Administratores, sed Domini bonorum Regni dicuntur: quanquam observanda quoque erit præfata distinctio, quæ in ter- minis juris communis obtinuit; an scili- cet alienatio magnum afferat damnum, necne; ut dilucidè & notanter observatur.

I N D E X C A P I T U M.

- An etiam vassalli inviti alienari possint? Et de vera resolutione hujus articuli.
- Regum, & Principum obligationem, ut ob benemerita & servitia donent, magnam esse, & velut nasci & creari cum Dignitate Regia, atque ex ipsa originem trahere, semperque exceptam censei.
- Et prædictorum omnium memorabilis atque insignis traditur resolutio & explanatio. p. 126.
- CAP. XVIII.** Author qua ratione adductus atque excitatus fuerit, ut hujusce capituli tractatum & disputationem susciperet; & de fine atque intentione ejusdem, quæ eò tendit, ut brevem & distinctam tradat resolutionem, & ad summam, certasque observationes & conclusiones reducat indagationem, atque disceptationem adeo latam & diffusam dubiorum plurium, quæ excitantur & proponuntur, eisdemque placita communia circumscribat quæ per manus circumferuntur quotidie, & in ore Advocatorum & Judicum assidue versantur.
- Principes legibus esse solutos, quod aliquando scribitur; aliquando verò legibus alligatos, & eisdem vivere debere & decens & conveniens esse quemadmodum intelligi atque explicari debeat; ubi nonnulla singulariter adnotantur *num. 2. & 3.*
- Reges & Principes ex pacto & conventionione sua, & regulariter ex contractibus cum subditis celebratis an efficaciter obligentur, prout obligantur si cum ex transeis contraxerint; & an naturaliter tantum, an etiam civiliter; *ex num. 4. usque ad numer. 10.*
- Reges & Principes qui cum subditis contraxerunt, utrum pacta servare, & contractus implere debeant, nec ad instar privati possint illis contravenire, etiam de plenitudine potestatis: *num. 10. & 11.*
- Rationes plures assignantur & egregia Baldi, aliorumque Authorum placita commemorantur, ex quibus evincitur, Principes cum subditis contrahentes debere conventiones servare, nec posse contractus semel initos revocare, etiam de potestate absoluta; idque adeo late, ut nullus Recentiorum ita diligenter omnia cumularit quæ ad observantiam contractuum Principes adstringunt, *ex numero 12. usque ad 45.*
- Principes & Reges ligari suis promissionibus & pactis indubitanter magis procedere, quando transierunt in contractum; sive quando ex causa onerosa, vel remunerationis quid fuerit promissum aut concessum: quia concessioni remuneratoriæ contravenire nequeunt etiam de plenitudine
- potestatis: quod enim aliàs esset revocabile, sit irrevocabile si factum sit ob benemerita; quæ plenè probantur per solam Principis assertionem: & donatio remuneratoria magis continet titulum onerosum quàm lucrativum: *ex num. 45. usque ad num. 62.*
- Vassallus Regi inserviens in bello, an ita videatur de eo benemeritus, ut dignus censeatur remuneratione, & donatio ei facta ob servitia revocari non possit: *num. 56. 57. & 62.*
- Donatio remuneratoria à Principe facta, ut in vim contractus irrevocabilis transeat, an debeant merita equivalere rei concessæ, ita ut ad minus attingant dimidium valorem illius, & quomodo cognoscatur æquivalere: Et an in consideratione habenda sit persona donantis ob benemerita, & ejus cui donatur, quamvis merita non respondeant tantæ donationi: *ex num. 63. usque ad num. 74.*
- Principes decet esse liberales: *ex num. 66. ad 73.*
- In donatione merè gratuita, in remuneratoria etiam, an sit locus legi 2. *C. de rescind. vendit.*
- Donationes remuneratoriæ Principum an possint ob læsionem enormissimam rescindi: *ex num. 37. usque ad num. 78.*
- Læsio probanda est ab eo qui illam allegat, nec præsumitur in dubio: *num. 78.* Et de computatione & exemplo enormis læsionis: *num. 80.*
- Pro enormi, & enormissima læsione actio competens quanto tempore duret: *numero 81.*
- Enormissima læsio quæ dicatur? ubi variæ Interpretum sententiæ referuntur: *ex numero 83. ad 92.*
- Ex læsione enormissima dolus adversarij re ipsa arguitur; & an æquiparetur dolo ex proposito: *num. 92 & duob. seqq.*
- Et de tribus effectibus qui inde resultant; quod scilicet agi possit, vel non, rei vendicatione contra tertium possessorem: Quod fructus omnes restituendi sint à die contractus, vel litis contestatæ: Et quod non detur, aut dari debeat electio supplendi justii pretij, *ex num. 95. ad 112.*
- Scienti valorem rei tempore contractus, an detur actio competens ex remedio *d. leg. 2. Cod. de resc. vend. num. 105.*
- Læsioni enormi, & enormissimæ utrùm renunciari possit: *ex num. 112. ad 120.*
- Quid si in venditione adjiciatur, *Et quod pluris res est, dono*: an cesset hoc remedium: *ex num. 120. ad 123.*
- Reges & Principes an possint revocare contractus cù subditis initos ex causa publicæ

I N D E X C A P I T U M.

- necessitatis supervenientis? & de contrariis opinionibus in proposito: *ex num. 23. ad 126.*
- Et an generalem legem condendo: *numero 130.*
- Et an causa justa præsumatur in Principe: *num. 137.*
- Et an teneantur eo casu integram satisfactionem subditis præstare, aut acceptum reddere; Et qualis necessitas requiratur: *numero 134. & 135.*
- Contractus qui ab initio continet læsionem, si tractu temporis, quia successivus est, illam contineret, an posset rescindi: *numero 132. & 133.*
- Privilegium subdito concessum an possit etiam absque causa pro libito voluntatis à Principe revocari? Et de contrariis sententiis in proposito: Et distinctione quorundam inter ordinariam & absolutam potestatem? Quid etiam, quando transivit in contractum? aut ex causa remunerationis concessum est? An denique sit differentia inter donationes & concessiones gratuitas, & privilegia, quoad effectum revocandi? *ex numero 138. usque ad numer. 151.*
- Jurisdictio per viam privilegij concessa, an sine causa revocari possit: & de *consilio 43.* Ludovici Casanate, quod est memorabile in hac materia, & notabiliter explicatur *ex num. 151. usque ad 155.*
- Jurisditiones omnes à Principe veluti à fonte manasse, & in eo radicas esse originaliter. Sic Reges & Principes in suis regnis quoad jurisdictionalia fundatam habere suam intentionem. Et qui in aliquo loco jurisdictionem præterdit, apertissimè id probare debet; & titulum possessionis ostendere tenetur.
- Reges & Principes an, & qualiter jurisdictiones dismembrare, dividere, & supprimere valeant: Aldeas etiam erigere, & creare villas cum jurisdictione, & villas facere civitates *ex num. 155. ad 163.*
- Successores in Regno & Principatu an teneantur servare pacta & contractus suorum prædecessorum, nec possint etiam de plenitudine potestatis revocare. Et quid si in magnum & enorme regni damnum redundent. Aut Regalia reservata concessa sint. Et quando enormis læsio resultat, an Princeps ipse qui contraxit, vel concessit, revocare & infringere valeat: *ex numero 163. ad 172.*
- Jus impugnandi & revocandi contractus, alienationes, & concessiones in magnum Regni detrimentum factas, Successoribus in Regno competens, utrum præscribi possit, vel immemoriali, vel minori tempore: Et an tempore ipso, defectus quilibet concessionis, aut alienationis suppleatur. Et de materia *leg. fin. §. fin. Cod. de fund. patrim. lib. 11.*
- Quando etiam quis contra jura mercatur, an tempore immemoriali præscribere possit: *ex num. 172 ad 183.*
- Et horum omnium diligens & notanda explanatio & resolutio. p. 139.
- CAP. XIX. Tertiæ alicui concessæ, five ex privilegio & gratia competentes per non usum, & tempore à lege præfinito non utendo an & qualiter amittantur. Ubi quinque casus principales novè excogitantur, atque considerantur, quibus dubia omnia circumscribuntur quæ in proposito occurrere possunt; & notabiliter res hæc explanatur.
- Generaliter etiam, an, & quando privilegia per non usum amittantur; Quando etiam per contrarium usum, vel factum; An quoque expirent per mortem concedentis, si ad voluntatem & beneplacitum ejus concessa sint, singulariter & distinctè explicatur.
- Et excitatur dubium illud, utrum Regia facultas ad majoratum instituendum, amittatur ex non usu per lapsum decennij. pag. 207.
- CAP. XX. Titulus, qui necessarius est, & in *l. 1. tit. 21. lib. 9. nov. coll. Reg.* requiritur, ut exemptio à solutione Tertiarum causetur, & ab earum præstatione quis se eximere & liberare valeat; utrum præcisè in libris Salvatorum debeat esse positus atque scriptus. An sufficiat quod habeatur, ostendatur, & probetur.
- Lex quæ generaliter loquitur, & quæ non distinguit, aut cum aliquid omittit, generaliter est intelligenda, nec supplenda; & quod non expressit censetur noluisse.
- Magna & notabilia quæ sunt, in specie declarari atque exprimi debent; alias videntur quasi neglecta, & non requisita: quod exornatur.
- Por la ley primera, tit. 18. lib. 9. nov. coll. Regiæ, ninguno se escusa de pagar alcavala, aunque allegue y prueve costumbre, o prescripcion immemorial: sino tuviere titulo, o privilegio Real, y este estuviere puesto y asentado en los libros de lo Salvado.*
- Y lo mismo se dispone, y determina en el servicio y montazgo, por la ley 9. tit. 27. lib. 9. recopil.*
- Y es duda singular, si esta ley se corrige, y altera por la ley 16. del mismo titulo: y trate de su verdadero entendimiento: y ponderanse otras leyes Reales en este proposito.*

I N D E X C A P I T U M.

En los casos, en que por decision de las leyes de estos Reynos, los privilegios de exempcionnes, y franquexas, y otros derechos Reales, como alcavalas, no se guardan, sino estuvieren asentados, y puestos en los libros de lo Salvado, si la immemorial conciencia y paciencia de los Señores Reyes, o de sus Oficiales, puede obrar algo.

Que será, si los privilegios, o mercedes, no son meramente gratuitos, si no proceden ex causa onerosa, pecunia data, vel pretio interueniente, aut aliquo dato, vel facto, vel etiam ex causa remunerationis, & ob benemerita, aut seruitia.

Si toda via procedera la decision de las leyes que piden la calidad de estar puestos en los libros de lo Salvado: y de la ley 9. tit. 10. lib. 5. nov. recop. en que se observan algunas cosas singulares, y que no estavan assi escritas,

Forma non seruat, actus corrumpit: & tradita à lege, in omnibus censetur esse substantialis: quod exornatur,

Legum correctio vitanda est, nec presumendum quod una lex aliam corrigere voluerit: quod exornatur. p. 215.

CAP. XXI. Regalia, an, & qualiter acquiri possint titulo, & concessione; præscriptione etiam, aut consuetudine immemoriali.

Jus exigendi, & percipiendi Tertias ex rebus omnibus quæ decimantur, à Summis Pontificibus, Regibus Hispaniæ concessum, contra Reges ipsos, tempore, seu consuetudine, aut præscriptione immemoriali acquiri.

Jus exigendi & percipiendi gabellas, contra Reges nostros Hispaniæ, nullo unquam tempore, etiam immemoriali, acquiritur; jure nostro Regio. Nec etiam exemptio eas solvendi.

Patia sunt, titulum non extare, & invalidum illum esse: & nullum, aut imperfectum quod est, effectum validum producere non potest: quod exornatur. Nec præstat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum.

Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi & habendi gabellas, aut non solvendi eas, impleta, antequam condita fuisset lex 2. tit. 15. lib. 14. nov. collect. Reg. & l. 1. tit. 18. lib. 9. an censeatur sublata. Quod notabiliter declaratur.

Jus semel acquisitum & radicatum ex casu supervenienti, non infirmatur. Et ea, quæ legitimè constituta sunt, durant, etsi res deveniat ad casum, à quo non posset incipere: quod exornatur. p. 224.

CAP. XXII. Immemorialis præscriptionis virtus, vis & efficacia, qualis, & quanta sit,

ut jus Tertiarum contra Reges nostros, & etiam exemptio à solutione earum, aliaque jura Regalia, quæ in patrimonio Regis sunt, acquiri, & præscribi valeant tempore immemoriali; an etiam ea, quæ in signum supremæ potestatis & universalis dominij reservata sunt Regibus ipsis,

Immemorialis præscriptionis effectus omnes; illi qui in foro circumfertur quotidie, ingenti studio cumulantur & vulgatallegatio leg. hoc jure. §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & astiv. & cap. super quibusdam. §. praterea, de verb. signif. quod immemorialis præscriptio habeat vim tituli legitimi, Constituti, mandati, pacti expressi, & concessionis Regiæ; & mirabiles, maximeque momenti effectus producat; exornatur & comprobatur permultis,

Et hoc cap. & nonnullis seqq. de Immemoriali ipsa præscriptione, quamplurima utilissima traduntur & explicantur. p. 231.

CAP. XXIII. Immemorialis præscriptio, aut consuetudo, ex qua titulus justus & legitimus, atque ex justissima causa procedens presumitur, ita ut probandus non sit, sed probata immemoriali, probetur; utrum efficiat, ut nec etiam titulus debeat allegari, quemadmodum probari non debet: singularis & notanda explanatio & resolutio, quæ tribus casibus distinctis & novè consideratis perficitur.

Immemorialis ipsa præscriptio, seu consuetudo, quibus juribus tam Canonicis, quam Civilibus, fundamentum & initium acciperit. Et an justa, politica & publicæ utilitatis ratione, introducta, fundataque sit. pag. 238.

CAP. XXIV. Immemorialis præscriptio, aut consuetudo utrum verbis amplissimis & generalibus aut etiam universalibus prohibitis, aut si decretum irritans interueniat, prohibita & exclusa censeatur, cum præscriptio, aut consuetudo generaliter excluditur, aut prohibetur in actione reali, aut mixta, aut cum materia indifferens est, an per illa verba, nulla obstante præscriptione, præscriptio 30. vel 40. annorum prohibita aut exclusa censeatur, necne: & de materia leg. omnes, 4. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. brevis & distincta resolutio atque explanatio. p. 242.

CAP. XXV. Præscriptionis immemorialis effectus alij, virtus, & excellentia; quod contra eam non admittitur, nec datur restitutio in integrum ex capite aut causa justæ & probabilis ignorantia: nec etiam nullitas aliqua, aut simulatio opponi valet.

Quod etiam contra Ecclesiam, & contra Reges

INDEX CAPITUM.

Reges & Principes, & contra omnes indistinctè procedit: idque ex communi & vera Interpretum sententia, quidquid nonnulli aliter arbitrentur, sed malè quidem.

De errore etiam eorum, qui arbitrantur etiam post quadriennium in integrum restitutionem competere.

Procedit denique in materia Tertiariarum, & in terminis *leg. 1. titul. 21. lib. 9. nove collectionis Regia*, ut scilicet immemorialis obtineat, ut quis à solutione Tertiariarum se eximere & liberare valeat, etiamsi prætextu ignorantia, Regius Fiscalis eam elidere quovis modo contenderet.

Præscriptione semel completa, utrùm adversus eam majoribus viginti-quinque annis competat in integrum restitutio, si justa causa absentia, vel ignorantia allegetur; sive non competat? idque tam in præscriptione longi temporis, decem, vel viginti annorum, quàm in præscriptione 30. & etiam 40. annorum. Et de iudicio ac sententia Authoris, aliorumque quamplurimorum juris Interpretum traditionibus; singularis, brevis, & notanda resolutio. p. 245.

CAP. XXVI. In præscriptionibus quod regulariter requiratur bona fides, titulus, possessio, & quod decursum sit tempus à lege præfinitum, quemadmodum intelligi atque explicari debeat, tam Cæsareo, quàm Pontificio jure attento: Et bona fides qualiter hic accipiatur.

Jure Pontificio, in omni præscriptione bona fides exigitur, quod jus etiam in foro civili servandum est.

Mala fides authoris an, & quando noceat successoribus ad præscribendum; & an hæres possit continuare, sive inchoare præscriptionem quando defunctus rem possidebat cum mala fide.

Bonam fidem non habens, nec etiam malam, sed in medio existens, utrùm præscribat tempore triginta annorum, non obstante decisione juris Canonici: & de interpretatione *cap. finalis, de præscriptionibus*,

Bona fides regulariter præsumitur in omni præscriptione; & quid in præscriptione servitutum? & explicatur *lex finalis, C. unde vi*, & *l. si quis diuturno, ff. si servit. vindic.*

In præscriptione temporis immemorialis an bona fides necessaria sit? & de opinionibus contrariis in proposito: Sed quod bona fides in dubio præsumatur, secundum unam, vel alteram opinionem, receptum esse; nisi de mala fide clarè constaret,

aut fortior præsumptio malæ fidei urgeret.

Præsumptio enim bonæ fidei in dubio, quæ ex immemoriali oritur, in contrarium probationes admittit, etiam per conjecturas & præsumptiones.

Is qui penes se habet instrumentum; præsumitur scire in eo contenta, ut in vera mala fide constituatur, si contra tenorem ipsarum præscribere intendat.

Immemorialem præscriptionem allegans, si producat titulum vitiosum & injustum, in mala fide versari videtur. Et utrum inspiciendum sit an titulus sit qui justam præscribendi causam præstare possit, vel non.

Quid si constet de titulo contrario; Vel ostendatur, ejusdem præscriptionis initium vitiosum esse seu illegitimum; Aut per scripturam, vel testes constet, memoriam extare, actumque fuisse contrarium ejus, quod præscriptum esse prætenditur: Sive an vitietur præscriptio immemorialis ex actu contrario ultra centum annos: Et quid si actus contrarius ejus qualitatis est, ut cum ipsa immemoriali præscriptione compatiatur.

De titulo vitioso, aut injusto: vel illegitimo si appareat, an adhuc immemorialis præscriptio operetur, ut præsumatur quod quavis titulus vitiosus productus fuerit, alius validus & solemnus postmodum potuerit intervenire.

Ex decisione *leg. 1. tit. 21. lib. 9. nove collectionis Regia*, ex qua jus percipiendi Tertiariarum, ex rebus omnibus quæ decimantur, Regibus Hispaniæ competens declaratur, utrùm inducatur & probetur mala fides, ut immemorialis præscriptio impediatur, cum omnes scire debeant se ad solutionem Tertiariarum teneri.

Quod est inquirere, an libertas præscribatur ab eo qui scit se ad aliquod onus teneri.

Regula, *Qui contra jura mercatur: de regul. jur. in 6.* exornatur.

Titulus quando in præscriptione sit necessarius? quod quinque conclusionibus expeditur.

Quid si jus resistat præscriptioni, aut præsumptio sit contra præscribentem; & præscriptio sit immemorialis; & explicatur *cap. 1. de præscript. in 6.*

Ad præscriptionem rerum omnium tam contra privatos, quàm contra Ecclesias, aut loca pia, & etiam contra Rom. Ecclesiam, & contra Principes, quod tempus requiratur?

Præscriptio centenaria, an in effectu sit immemorialis, vel non?

Imme-

INDEX CAPITUM

Immemorialis præscriptio quæ dicatur, & quod tempus requirat?

Quorum omnium distincta & notabilis traditur explanatio & resolutio p. 251.

CAP. XXVII. Immemorialis præscriptio quemadmodum, quibusque testibus & qualitibus probari debeat tam in terminis juris communis, quam de jure hujus Regni, post editam novam constitutionem l. 41. *Tauri*, quæ est hodie l. 1. tit. 7. lib. 5. nov. coll. Reg.

Et in summa an testes bonæ famæ & opinionis requirantur; idque articulandum & probandum sit? An de publica voce & fama, & communi opinione deponere debeant, idque facto articulo principali? An etiam de visu 40. annorum? & cujus ætatis esse debeant? An de visu & auditu à majoribus & senioribus? An secundi auditus præcisi & necessarij sint, ita ut leges secundi auditus quæ in primogenij ac jurisdictionis præscriptione tantum loquuntur, in cæteris negotiis in quibus Immemorialis probanda est, procedant, ac locum habeant, necne? Et de contrariis opinionibus in proposito.

Testis etiam qui deposuit se vidisse aliquid fieri publicè, utrum videatur deponere de publica voce & fama.

Ac denique utrum testes qui de Immemoriali deponunt, necessario exprimere debeant, à quibus personis audierint? brevis & distincta resolutio. p. 274.

CAP. XXVIII. In præscribendis juribus incorporalibus, utrum requiratur sciëntia & patientia illius, contra quem præscribitur; Et de cõtrariis opinionibus in proposito, & de leg. 1. *C. de servit. & aqua*, interpretatione; ubi communis opinio constanter defenditur, & Jacobi Cujacij cogitatio quædam, novè & verè confutatur. Explicatur etiam l. 15. tit. 31. part. 3.

Scientia & patientia illius, contra quem præscribitur, utrum sit necessaria in præscriptione temporis immemorialis? Ubi etiam communis sententiã probatur, & contraria confutatur. Et leges hujus Regni quæ de Tertiiis & jurisdictione loquuntur, singulariter expenduntur, & explanantur. pag. 280.

CAP. XXIX. Præscriptio immemorialis ut inducatur, & perficiatur in actibus & juribus incorporalibus negativis non solvendi, ut in Tertiiis, tributis, & indiëtionibus, & alio quocunque simili jure, utrum requiratur, vel non, interpellatio; & negatio debentis solvere; & sic, quod præscribens interpellatus ad præstationem, eam negaverit, ac deinde tempus legitimum ab hac negatione transierit.

Quid etiam in præscriptione quadragintã annorum, & alia minoris temporis? Et de Glossa, juncta suo textui in l. qui luminibus. ff. de servit. urban. prædior.

De veritate etiam consilij 136. lib. 2. Alexandri, & eorum quæ longa ferie tradidit Hippolyt. Riminaldus in consil. 10. lib. 1. & in consil. 589. lib. 5. & l. 1. tit. 21. lib. 9. nov. coll. Reg. quæ de Tertiiis loquitur, interpretatione, singularis & notanda resolutio atque explanatio. p. 286.

CAP. XXX. Præscriptio immemorialis, quæ ut titulus admittitur in l. 1. tit. 21. lib. 9. nov. coll. Reg. ut à solutione Tertiarum aliquis se eximere & liberare valeat; an à tempore concessionum & gratiarum Apostolicarum, & inde post; an à die conditæ & promulgatæ legis ipsius currere incipiat? Et de intellectu atque interpretatione legis ejusdem.

Decisiones & sententiæ Senatum & Tribunalium supremam quantam vim & auctoritatem habeant ad similes causas in aliis casibus decidendas: quod exornatur. Et an eis præcisè standum sit, dum casus similes occurrunt.

Jura Regalia, tributa, Tertiarum, & alia, quæ contra Reges & Principes non nisi tempore immemoriali præscribuntur, quo tempore contra privatum præscribi possint.

Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi gabellas, completa ante conditam decisionem l. 2. tit. 15. lib. 4. nov. coll. Reg. an censeatur sublata ab eadem lege, & jure tolli potuerit, necne.

Quæ omnia breviter & notabiliter explicantur: & d. leg. 2. decisio singulariter illustratur. p. 291.

CAP. XXXI. Ecclesiæ, Ecclesiastici, & alij qui decimas percipiunt, an immemoriali præscriptione se tueri valeant, ut exemptionem & liberationem à solutione & præstatione Tertiarum consequantur, tametsi decimas integras perceperint, & ab eis Tertias non separaverint; an verò Tertiarum ipsarum à decimis separatio aded præcisa & necessaria sit, ut alias nec possideri Tertiarum dicantur, ut immemorialis præscriptio perfici valeat, nec habere locum possit decisio d. l. 1. tit. 21. l. 9. nov. coll. Reg. ubi articulus hic admodum subtilis & difficilis, ac novè excitatus, novè etiam & memorabiliter explicatur, & nonnulla adnotantur, quæ nullibi erant antea sic considerata, p. 296.

CAP. XXXII. Tertiarum jus Regibus Hispaniæ ex concessionibus Apostolicis competens, an merè facultativum, sive ex mera voluntate & facultate ita consistere dicatur, ut nulla præscriptione, etiam immemoriali;

I N D E X C A P I T U M.

- memoriali, earum exemptio contra Reges ipsos acquiri valeat.
- Facultatis quæ sint, quomodo intelligatur?
- Facultatis meræ, & voluntatis quæ sunt, etiam tempore immemoriali non acquiruntur.
- Præscriptio non inducitur in actibus voluntariis: quod multis exemplis illustratur.
- Quid si ex facultate ad exercitium deducta oriatur jus in iudicium deducibile; vel si facultas competat ratione juris quæsitæ, vel ex contractu: aut si post prohibitionem in actibus etiam merè voluntariis, prohibitioni quis acquirerit. p. 308.
- CAP. XXXIII. Per usum & exercitium ac possessionem in parte, hoc est, multis in locis & provinciis Hispaniæ, exigendi scilicet, & percipiendi Tertias à multis, utrum jus Tertiarum ipsarum in universum, atque ita conservatum fuerit ab eisdem Regibus in aliis partibus & provinciis, ubi exactæ non sunt, atque universaliter in omnibus, ut eis præscriptio ulla, etiam immemorialis, contra ipsos procedere non potuerit: an verò universalis sive in unoquoque loco, parte, & provincia, & contra unamquamque Ecclesiam, aut aliam personam, à quibus Tertiarum solvi debeant, ita particularis possessio ex parte Regum ipsorum necessaria fuerit, ut exactioe deficiente, & per tempus immemorabile Tertiarum non solutis, præscriptio ipsa immemorialis locum habuerit, & à solutione earum exemptio acquiri potuerit; tamen si aliis in partibus & provinciis semper solutæ fuissent; & de vera interpretatione atque intelligentia *d.l. i. tit. 2 l. lib. 9. nova coll. Reg.*
- Et ibidem singulariter explanatum, an, & qualiter per usum partis in incorporalibus, in iurisdictione, privilegiis, & præscriptionibus retineatur, & conservetur jus universum: & utrum ratio subjectæ materiæ, vel annexi, aut connexi, vel unitatis individui, id tantum efficiat; & quamplurimis exornatur *leg. 3. ff. de acquir. possess. decisio. Joannis quoque Andreæ Georgij, & Andreæ Tiraquelli, Petri etiam Sardi memorabiles & notandæ resolutiones ponderatæ in eo dubio, Utrum possessione unius rei feudalis, vel retractus capta, cæterarum etiam rerum capta intelligatur.* p. 213.
- CAP. XXXIV. Quadraginta annorum præscriptio cum titulo, an æquivalcat immemoriali; sive eundem, quem immemorialis, operetur effectum, ut à solutione Tertiarum aliquis se eximere & liberare valeat,
- Quid etiam in aliis casibus & materiis?
- Et tunc, an sufficiat titulus coloratus, licet invalidus & illegitimus quacunque ratione, dummodò talis sit, quod justam præstet præscribendi causam.
- In Hispanorum primogeniis an etiam præscriptio 40. annorum cum titulo sufficiat, ut bona majoratus in præjudicium sequentium vocatorum & successorum præscribi valeant in perpetuum? Ubi & decisio atque materia *l. final. §. fin. C. de fund. patrimon. l. 1 l. 1. exornatur nonnullis.* p. 322.
- CAP. XXXV. Immemorialis præscriptio, quæ in tractatu & materia Tertiarum admittitur, & in *d.l. i. tit. 2 l. lib. 9.* exprimitur, ut solutione Tertiarum aliquis se eximere & liberare valeat, an interruptione corrumpatur; & quemadmodum id intelligi atque explicari queat.
- De interruptione quoque; præscriptionis quædam hic brevi compendio traduntur, quæ in actu practico necessaria sunt, & per manus circumferuntur quotidie.
- Ac denique inquiritur, an juris exequendi præscriptio per solam petitionem executionis interrumpatur. p. 326.
- CAP. XXXVI. Exemptio, & privilegium de non solvendis decimis alicui Religioni, Communitati, aut personæ à Sede Apostolica concessum, utrum effectum sortiri atque operari possit in præjudicium juris Tertiarum, multis antea temporibus Regibus Hispaniæ acquisiti & concessi.
- Et quid si apposita fuerit clausula, *Non obstantibus constitutionibus & privilegiis, &c.* non tamen facta specifica mentio & derogatio privilegiorum & concessionum Tertiarum ipsarum.
- Et consequenter an debeantur, necne Tertiarum; quamvis ex privilegio decimæ non solvantur, Quæ tamen deberentur præcisè, si decimarum non solvendarum exemptio non supervenisset.
- Privilegium novum, sive secundum, an & quando revocet primum, aut antiquum, sive in aliquo ei detrudere valeat, necne.
- Privilegia & rescripta Principum an ita accipi atque interpretari debeant, ut Tertio non inferant præjudicium, & juri communi atque æquitati convenient, & potius restringantur quam noceant possessioni Tertiarum: quod exornatur, atque illustratur permultis.
- Et quàm verum sit sive etiam indistinctè accipiendum quod secundum privilegium non faciens mentionem de primo, alteri concessio, non revocat primum. Et quid si apposita fuerit clausula, *Non obstantibus constitutionibus & privilegiis.*
- Et Rotæ Rom. ad definitionem quæstionis princi-

INDEX CAPITUM.

- principalis & disceptationis hujus capituli decisio in terminis ponderata novè per Authorem.
- Ad decisionem quoque ejusdem altercationis, *se consideran por el Autor tres conclusiones, y tres casos nuevamente, y se fundan, y compruevan singularmente.*
- T se explica el axioma vulgar, quod mutatione personæ mutatur qualitas & natura rei.*
- Ecclesia utrùm teneatur solvere tributum de bonis, quæ antea erant tributaria, si ve aliquo onere reali affecta, & postea fuerunt in Ecclesiam translata, quod difficile & controversum semper dubium fuit, & contrariis opinionibus divisum.
- Jus semel acquisitum facilius retineri, quàm de novo acquiratur: & multa quæ novam acquisitionem impedirent, retentionem non impedire. Quod exornatur: Et horum omnium memorabilis & notanda traditur resolutio. pagina 333.
- CAP. XXXVII. Una Ecclesia contra aliam, aut unus Clericus contra alium, si in aliena Diocesi aut Parochia decimas præscripserit, utrùm etiam Tertias præscripsisse videatur; si ve an unius juris præscriptio extendatur ad aliud, in præjudicium Regis? Et quid si tempore immemoriali Tertiarum solutæ non fuerint?
- Una Ecclesia an præscribere possit decimas in alterius Diocesi, aut aliena Parochia? An etiam consuetudine id effici possit.
- Et consuetudo in solvendis decimis quantum valeat & possit; brevis & distincta resolutio. p. 357.
- CAP. XXXVIII. Ecclesiæ, Ecclesiastici, & alij quicumque qui decimas jure deferunt, atque percipiunt, si constiterit & probatum fuerit à decimis ipsis Tertias separasse, illasque tenuisse & administrasse nomine Regis, & tanquam administratores, si ve etiam tanquam socios & participes; utrùm immemoriali præscriptione se eximere & liberare valeant à solutione Tertiarum earumdem, vel non; tempore immemoriali cas non solverint; brevis, vera, & dilucida resolutio. p. 358
- CAP. XXXIX. Tertiarum quo tempore solvendæ sint, & debeantur; & an via executiva peti possint? An denique integrè & sine diminutione, nullisque deductis expensis, tributis, debitis aut alio onere, solvantur; prout in decimis jure statutum reperitur. p. 361
- CAP. XXXX. Tertiarum commoditas, *Jo. del Castillo, Quotid. Contr. Tom. VII.*
- & jus incorporeum quod in earum exactione & percceptione consistit, utrùm inter bona immobilia, an inter mobilia computari debeant.
- Quid etiam de annuis redditibus redimibilibus, perpetuò tamen constitutis dicendum sit? de effectibus pluribus hujusce indagationis.
- Quoad alienationes, inquam, rerum Minorum.
- Quoad statuta & leges de rebus immobilibus disponentes.
- Quoad satisfactionem *judicio fisci.*
- Quoad quæstionem ususfructus omnium bonorum tam mobilium, quàm immobilium; de qua Author metipse egit in *commentariis de usufructu, cap. 41.*
- Quoad interpretationem ultimæ voluntatis; qua testator mobilia, aut mobilia legaverit; aut mobilia sua majoratus jure reliquerit.
- Aut si inter vivos qui bona sua mobilia obligaverit: aut alio modo de eis disposuerit.
- Quoad interdicta *uti possidetis, & recuperanda possessionis*, quæ non dantur pro rebus mobilibus.
- Quoad quæstionem retractus; Utrùm scilicet in venditione Tertiarum, aut annuorum reddituum, sit locus retractui jure sanguinis.
- Quoad restitutionem denique bonorum dotalium, restitutio scilicet dotis consistentis in juribus Regiis, & aliis redditibus annuis, soluto matrimonia, quando, & quomodo fieri debeat. p. 363
- CAP. XLI. Regalia, si ve specialia, & in signum Majoriæ & supremæ potestatis, Regibus & Principibus supremis, & nullis aliis competentia permulta esse, & à nonnullis juris Interpretibus in unum congesta; hoc autem loco per Authorem illustrata, atque exornata ea, quæ in usu forensi, & apud Pragmaticos frequentiora sunt, & ita assidue occurrunt ut per manus circumferantur quotidie.
- Tertias, quæ ex fructibus & rebus omnibus quæ decimantur, ad Reges Hispaniæ ex concessionibus & gratiis Apostolicis pertinent, ad Regalia referri; quod scriptum est *supra cap. 3. num. 30.* & hic *ad initium cap.*
- Absolutæ potestatis attributum; ex qua Tertio cuilibet, in jure etiam quæsito, aut in spe quærendo, præjudicari potest variis in casibus, & in diversis materiis, & rei suæ dominium alteri auferri; Regum duntaxat & Principum supremorum proprium esse, ex sententia multorum: sed ex vera & tenenda sententia, nullam esse in Principe supremo,

INDEX CAPITUM

- premo, maximè Christiano & Religioso absolutam potestatem, nec jus quæsitum, aut rei dominium, auferri posse nisi ex causa publicæ utilitatis, cui aliter prospici non possit, & tunc integram satisfactionem illi præstandam: quod multis exornatur, *ex num. 2. usque ad num. 11.*
- Et absolutæ, & ordinariæ potestatis distinctio improbat. Nova etiam Calixti Ramirez concordia sive consideratio, novè etiam confutatur.
- Suprema & plenaria omnis jurisdictio radicata est originaliter in Principe, & ad Regalia refertur, & in concessione quantumcunque generali, reservata semper intelligitur.
- Jurisdictio omnis penes Principem residet, & ab eo ad omnes, pro justitiæ administratione communicatur.
- Jurisditionem aliquam ad se pertinere qui contendit, tenetur id evidentissimè probare, cum jura omnia assistant pro Principe, qui fundatam habet intentionem suam. Et alia de jurisditione *ex numer. 11. ad num. 17. & supr. cap. 18. ex num. 155. cum sequentibus*, ubi videndum est.
- Magistratum, Senatorum, & Officialium creatio est de Regalibus, & de his quæ ad Majoriam & supremam potestatem pertinent. Unde Reges soli, seu Principes supremi, creandi Magistratus potestatem habent; & quod sint optimi & præstantiores; & quales, quantaque cura creari & eligi debeant; & an digniores? an verò sufficiat quod digni eligantur & dignior in proposito quis dicatur?
- Consiliarios denique, indignos officiis, Regibus proponentes, an mortaliter peccent, & ad restitutionem damnorum teneantur? *num. 17. 18. & 19.*
- Reges & Principes supremi utrùm officia secularia & temporalia, ex jure Regaliæ & supremæ potestatis vendere possint? Et an id Reipublicæ expediat? Et quid in casu magnæ necessitatis, cui aliter succurri non valeat; *numero 20. & 21.*
- Magistratus & Officiales à Regibus creati, sive gratis, sive aliquo accepto, utrùm revocari, suisque officiis privari possint? Et an justa & necessaria causa requiratur? Quid si creatio; aut concessio facta fuerit ad beneplacitum, Quid in Officialibus nominatis ab inferioribus à Regibus simpliciter? Quid si ad nutum, & beneplacitum? Ubi infertur ad Locum-tenentem, ad Vicarium Episcopi, ad Capellanum, & alios; & ad beneficium ad nutum amovibile *ex num. 22. ad num. 17.*
- Magistratum præcedentiæ inter Regalia quoque numerantur, cum à voluntate & decretis Regum principaliter dependant.
- Præcedentiæ materia illustrata atque exornata permultis, & quibus regulis sive doctrinis ipsa circumscribi valeat. Ubi articulus ille inter Magistratus & Senatores, Regiosque Officiales in officiis & dignitatibus quibus administratio est annexa, an ille præcedat qui prius possessionem adeptus est, licet alius primò nominatus aut electus fuerit accurare & dilucidè magis quam hætenus factum fuisset, explicatus relinquatur. Nonnulla etiam adnotantur, quæ utilia erunt, & servari debent, cum de recipiendis Senatoribus qui simul concurrunt, & de præcedentiæ eorum contenditur. Et casus aliqui novè excogitantur, atque distinguuntur.
- In rescriptis gratiosis literisque Apostolicis, an datæ tempus, an præsentationis attendatur; & de explicatione jurium quorundam canonicorum; De materia etiam *l. quoties, Cod. de rei vendicatione.*
- Consuetudinis denique & observantiæ quanta sit vis, & virtus, & effectus tam in materia præcedentiæ, quam in aliis. Et de omnibus quæ ad præcedentiæ attinent, *ex num. 27. ad numerum 69.*
- Legis condendæ potestas, est de reservatis Regibus & Principibus supremis, & de majoribus Regalibus; ac primus (ut alij dicunt) Majoriæ effectus. Et eis privativè quoad alios omnes competit.
- Leges ut obligant, quas habere debeant qualitates. Et de legibus nonnulla alia: & de universa materia, remissivè,
- Leges quando proferuntur, sunt bene & maxima cum liberatione considerandæ, cum verò receptæ fuerint, semper erunt custodiendæ: nec de facili alterandæ, aut mutandæ, nisi propter maximam & evidentem utilitatem, Ubi *l. 2. ff. de constitut. Principum*, decisio, novitates scilicet vitandas esse; & in rebus novis statuendis evidentem utilitatem esse debere, ut recedatur à jure antiquo, exornatur permultis.
- Leges humanæ, tam Civiles, quam Pontificiæ, si non sint usu receptæ, an subditos & vassallos adstringant; An requiratur consensus & acceptatio populi? An verò præcisè ligent subditos, etiamsi eas recipere recusent? Quod singulariter

INDEX CAPITUM.

- riter & utiliter explicatur. Et de legibus, & materia, ex num. 69. ad numerum 78.
- Reges & Principes supremi jure Regaliæ & Majoriæ supremæ, ex justa & necessaria causa boni publici, & implemento obligationum Regiarum, honorisque conservandi, & cum imminent bella, necessitates, & causæ publicæ quibus ex Regio patrimonio, Regiisque redditibus provideri, & succurri non potest; gabellas, exactiones, vectigalia, nova tributa, & alias contributiones imponere possunt. Angarias etiam, & parangarias. Item donativa, servitia ordinaria, & extraordinaria. Et in Hispania, *los millones, y sisas*, Aliaque similia à subditis exigere.
- Et tempore necessitatis urgentis, omnes vassalli servire, succurrere, & contribuere debent: cum omnia bona subditorum dicantur esse Principis tempore necessitatis: cum temperamento tamen & justo moderamine, & ut Regna, vassallique conserventur. Et his concurrentibus quæ ad justificationem prædictorum, ex communi Theologorum, & utriusque juris Interpretum sententia requiri, & notari solent communiter.
- Ex quibus concluditur, tributa, contributiones, & alia, quæ huic Regno imponuntur, propter bella, & sumptus quos Rex ipse aliis in Regnis sustinet, esse justa, & de jure procedere: cum necessitas sit urgens, & præcisa, & ex causa boni publici, Quod P. Gabr. Vasquez notanter & specificè probavit.
- Et his comprobari atque illustrari possunt quæ Rol. à Valle in favorem Regum & Principum supremorum, cum necessitas urget, & bella instant, egregiè cumulat, in *consil. 1. & consil. 13. volum. 2.* Et de his ex numero 78. usque ad numerum 83. notanda resolutio & explanatio.
- Jus concedendi immunitatem à vectigalibus, collectis, & aliis contributionibus, & tributis, inter Regalia refertur, & solis Principibus supremis competit. Et de materia breviter annotantur nonnulla, numero 83.
- Jus hospitij & cogendi subditos & vassallos hospitare familiares, servitores, & domesticos Principis, ad Regalia quoque refertur, & solis Regibus competit. Et de materia breviter agitur nu. 84.
- Belli indicendi facultas, & licentia belli gerendi, ad Regalia refertur; prout & pacem post bellum inire; & subditos cogere ut ad bellum pergant: quod solis Principibus supremis competit.
- Bella, quæ justè & legitimè inferuntur, omnino probari, & jus acquisitionis Victoribus præbere. Injusta autem, & per solam violentiam illata, nullo jure probari, neque legitimum dominium præstare.
- Bellum ut justum sit, ex quibus causis & qua intentione inferri debeat. Ex quibus etiam dicatur injustum.
- In belli conflictu quæ accipiuntur, qualiter dividantur. Ad jus Regale refertur, quantum habere partem mobilium, & se moventium, bello captorum. Et de materia belli, ex num. 85. ad num. 94.
- Jus faciendi oppignorationes, quæ *Repræsalia* vulgo vocantur, ad majora pertinet Regalia. Et de materia, num. 94.
- Prout etiam potestas prohibendi & impediendi subditos ne exstruant castra fortia, turres & propugnacula, aut vallo, fossave suas eedes circumdent, & muniant; de quo num. 95.
- Nundinas & mercata concedere, effectus Majoriæ supremæ & Regaliæ est. Et de materia breviter num. 96.
- Legitimandi filios illegitimos, naturales scilicet, spurios etiam, cujuscunque generis illi sint facultas & potestas Majoriæ supremæ est, & jus Regale; solisque Principibus supremis competit.
- Et quoad successiones tam ex testamento, quam ab intestato, & contra testamentum, & quoad alios plures effectus, quid, & qualiter legitimatio Principis operetur: & de universa materia remissivè num. 97.
- Ac inter alios plures videatur latissimè Joan. Bapt. Lup. *de illegit. & de natal. restit. comment. 3. per tot.* Explicavit etiam Author noster in *comment. tom. 4. cap. 22. ex numer. 40. & tom. 5. cap. 106. per totum.*
- Ad jus Regale & supremum referri Nobilitates quæ à Regibus procedunt; ipsi namque nobilitant quos volunt; ita quod dicantur verè Nobiles; & an gaudeant iisdem privilegiis quibus gaudent Nobiles sanguine? Et in rescriptis comprehendantur, quæ de Nobilibus loquuntur? In legibus etiam, ne torqueantur, ne incarcerentur pro debito civili, ne suspendantur resti ex delicto, & ne remiges fiant; Ut cum Nobilibus sedent, & Nobilium gerant officia, & insignia militaria Ordinum militarium deferre possint; reliquisque prærogativis gaudeant, quibus gaudent Nobiles nobilitate sanguinis: & de his optimè agitur numero 98. per totum.

INDEX CAPITUM.

- Veniam ætatis minoribus concedere, ad jus Regale & supremam potestatem pertinet. Et de materia. An etiam minor, qui veniam ætatis inpretravit, in integrum restitutionis beneficium amittat? *num. 99. & 100.*
- Moratorias, aut temporales dilationes ad solvendum, debitoribus concedere, ad jus Regale & supremam Principum potestatem pertinet, non ad alios inferiores.
- Et summa cum æquitate, summæque cum ratione, ac de justitiæ honestate, moratorias literas pauperibus debitoribus per Reges concedi posse, quando vera paupertas apparet; & etiam si plura bona debitores habeant, si tamen secundum præsentem statum grave detrimentum eis immineret, aut sine magno damno solvere non possent, & justa semper causa interveniat,
- Et novem ampliacionibus, novémque limitationibus materia hæc circumscribitur, breviter nimis; sed latius *in commentariis seu tract. de alimentis, nunc primum Lugduni edito, cap. 12. per tot.* ubi ex proposito articulus hic est absolutus: interim tamen summâ quadam, res hæc explicatur hic. Et Gabr. Alvarez de Velasco *in tractat. de privileg. pauperum, & miserabilium personarum, 1. parte, capite 44.* locus singularis expenditur.
- Ac denique inquiritur an moratoria dilatione concessa currant usuræ seu interesse. Et de his, *num. 101. per tot.*
- Cudendi monetam facultas ad Regalia refertur: & privativè pertinet ad Reges, seu Principes supremos; non ad alios, nisi de eorum gratia & concessione.
- Sic sanè Reges possunt novam monetam facere, & antiquam mutare, sed non de facili id fiat, maximè in damnum populi, nisi evidens utilitas speretur.
- Possunt etiam justum monetarum valorem constituere, illumque augere, & minuire: Et si magna urget necessitas, monetæ novæ aliqua liga imponi. Et de materia monetæ, *num. 102. & 103.*
- Ubi etiam monetam falsam fabricans qua pœna puniatur? Quid si totonderit, vel raserit, vel diminuerit? Quid si eam expendat, sed non fabricaverit?
- Thesauri inventi tractatum & materiam tam attento jure communi, quam ex consuetudine aliquarum provinciarum seu Regionum, quàm etiam ex legibus hujus Regni; & maximè ex *l. 45. tit. 28. part. 3. & l. 1. tit. 13. lib. 6. nov. coll. Reg.* & de quæstionibus omnibus ad rem hanc attinentibus suscepisse Authores permultos, qui ingenti studio cumulantur per Authorem *hoc loco.*
- Ubi *ex num. 104. usque ad num. 115.* materia ipsa octo principalibus conclusionibus illustratur atque exornatur, & accuratè discutitur; Thesaurus inventus ad quem pertineat? sive an, & qualiter dividatur? & an ad Reges ex consuetudine universali integrè pertinere obtinuerit? Et an indistinctè dici possit (prout quamplures dixerunt) thesauri inventi jus ad Regalia referri.
- Mineralia, & venæ auri, argenti, & cujuscunque metalli ad quem pertineant, jure communi attento.
- Ad quem etiam, jure Regio Hispano.
- Et an inter Regalia enumerari debeant, *numero 115.*
- Salinæ, quæ in locis publicis sunt, & ex aquis falsis perficiuntur, ad Regalia referuntur, & in patrimonio Regum esse dicuntur, ad eosque pertinent.
- Portus etiam, & jus ripaticum, & mare, & portalia; & jus plaustrorum, & navium; & piscandi jus: de quibus *numero 116. & 117.*
- Venationem prohibere est de Regalibus. Et ideo Principes Supremi venationes & occupationes prohibere jure possunt. Principes inferiores non possunt, *numero 118.*
- Via publicæ inter Regalia referuntur. Et ita soli Principes supremi in via publica jurisdictionem habent; ipsique tantum possunt in ea ædificare, vel aliquid facere: privati non possunt; nec illam claudere, vel obturare, vel quidquam ibi aliud facere, *num. 119.*
- Universitatem & publicum studium erigere, ad Regalia refertur. Estque jus regale supremum. Et ideo soli Principes supremi facultatem erigendi concedunt. Sed requiritur Romani Pontificis licentia, *numero 120.*
- Avocandi causas omnes ab ordinariis Judicibus & in Regiis tribunalibus existentes, & aliis committere ac delegare, Principibus supremis competit potestas ratione Regaliæ. Estque jus Regale supremum, quo Principes uti non debent, nisi ex justa & magna causa. Et quibus ex causis hæc evocatio justificetur. Et an ab alio quàm à Principe fieri possit.
- Quid ob denegatam, vel retardatam justitiam, aut propter negligentiam; aut propter potentiam adversarij.
- Quid in Auditoribus Regiis Senatuum inferiorum à supremo Castellæ Consilio.

Quid

I N D E X C A P I T U M.

Quid etiam, si aliqua pars Judicem ordinarium, appellatione interposita ab aliquo articulo, recusaverit.

Aut si juraverit se non sperare justitiam ab eo consequi. Et de opinione D. Præsidis Did. Covarr. De his etiam quæ Sigism. Scaccia in proposito scripta reliquit.

Et de aliis quæ ad evocationis causarum materiam pertinent, *ex numero 121. ad numerum 145.* Ubi etiam an causa semel ad Curiam delata, exire possit à Curia, nisi ex Principis jussu aut decreto.

Ibidem etiam *ex num. 126. usque ad numerum 131.* explicatum atque exornatum dubium illud, Utrum Reges & Principes supremi revisionem sententiæ in judicatum transactæ concedere possint; idque ratione Regaliæ & supremæ potestatis.

An etiam tollere rei judicatæ impedimentum, ut iterum litigetur: & restituere ad appellandum adversus rem judicatam?

Et concluditur nisi ex magna causa, aut notoria injustitia, id fieri non posse.

Et Jacobi Menochij consilia quædam expenduntur, nempe 818. *lib. 9. 1038. & 1044. lib. 11.* in terminis prædictis.

Cæsaris etiam Manentij decisio 27. in individuo hac de re agens adducitur.

Hortensij deniq; Cavalcanti *fragmentum 122.* ponderatur.

Delictorum indulgentia & remissio ad Regalia, & supremam Regum potestatem refertur. Idcirco soli Principes supremi illam concedere possunt. Et sic remittere tam pœnas pecuniarias, quàm corporales. Quod aliis inferioribus non licet. Et Regibus ipsis ita concessum est, ut non nisi ex justa & rationabili causa remissionem faciant pœnæ delictorum. Et pax, aut remissio partis offensæ præcedat. Nec condemnatio parti applicata remittatur. Et adhuc justa causa remittendi requiritur, *ex num. 145. ad n. 150.*

Bona vacantia ad jura Regalia referri, & ad Reges, supremosque Principes ratione majoriæ & supremæ potestatis pertinere.

Reges hodie, seu Fiscus, an ultra decimum gradum admittantur, an ultra quartum.

An etiam hodie vir & uxor fiscum excludant, & de hac materia *ex num. 150. ad num. 156.*

Confiscationes bonorum ad jus Regale & ad supremos Principes pertinent. Et non nisi in gravissimis delictis fiunt. Et de materia, *num. 156. & 157.*

Ab indignis bona auferre ad jus Regale re-

fertur. Et Fisco regulariter applicatur omne id quod ab aliquo tanquam ab indigno auferitur. Et quibus ex causis indignum quem effici contingere possit. De quo, & de materia taciti fideicommissi, & inultæ necis defuncti: *num. 158. & 159.* Vassalli inviti quod alienentur à Regibus & Principibus supremis, ad jus Regale refertur. Et de consuetudine generali alienantur in his Regnis, & maximè tempore necessitatis licitè & de jure fit alienatio.

Oblato tamen pretio reclamare possunt. Si novum Dominum sine contradictione reclamare non possunt.

Jurisdictiones etiam, villas, & civitates alienare, aut locis, vulgò *las aldeas.* jurisdictionem concedere, & villas facere Civitates, juris Regalis maximum attributum: & de his, *num. 160 & latius sup. cap. 17. numer. 21.* De vassallis, & de alienatione villarum, civitatum, & jurisdictionum, *cap. 18.* longa serie, ubi explicatur qualiter, & quando id liceat.

Regale jus esse quod tempore penuriæ & necessitatis publicæ, Reges possint justum pretium frumento constituere, & illius dominos cogere ad vendendum.

Cogere quoque divites ad mutuandum, ut frumentum ematur: idque gratis, & absque ullo interesse: *num. 161. & 162.*

Potestas cognoscendi per viam violentiæ, & Regia protectio vi oppressorum appellantium à causis & judicibus Ecclesiasticis, est de Regalibus supremis. Et de materia cognoscendi per viam violentiæ, & pro justificatione ipsius, & recursus vi oppressorum ad Regia Tribunalia, observantur nonnulla ex quibus deducitur hanc potestatem ex principiis juris naturalis esse inductam, ex quibus proprium Regum officium est vi oppressos liberare, & subditos à violentiis defendere: Jure etiam divino, Canonico, & positivo approbatam; frequenti & universali usu receptam; immemoriali consuetudine corroboratam: scientia quoque & patientia seu tolerantia Pontificum, & aliquando expressa approbatione confirmatam: item publica & communi omnium utilitate, & vi directiva rationis in bonum commune & pluribus Rotæ Romanæ decisionibus.

Et hæc Author, ut satisfaciatur ac respondeatur concludenter Augustini Barboasæ opinioni contra communem; cui nullus adhuc responderat. Et hoc loco evidentiissimè confutantur ea, quibus ipse adductus fuit; cum tamen alio in loco contrarium voluisset.

INDEX CAPITUM

- Ibidem etiam Antonini Dianæ nova, quæ est eadem Barbosæ resolutio, novè etiam & verè rejecta.
- Nova quoque ejusdem Dianæ distinctio aut concordia in hoc proposito novè & verissimè improbata; & jus Regale recursus subditorum ad Regia Tribunalia; Ecclesiasticorum etiam, sicut laïcorum ut propulsentur violentiæ, & tollantur oppressiones à iudicibus Ecclesiasticis illatæ, dum appellationibus justis non deferunt, ita concludenter probatum, ut de eo quovis modo dubitare, non solum juris rationi contrarium, sed velut temerarium videatur. Et de his *ex numer. 163. ad numer. 182.*
- Regia Hispaniæ prætoria & Senatus Regij utrum ad instantiam Fiscalis, aut partis gravatæ, jure possint retinere Bullas & literas Apostolicas, ante ipsarum executionem, ut Rom. Pontifici rescribatur, & voluntas certa ejusdem expectetur, cum contenditur, ipsas aliquid sacris Canonibus, legibus Regiis hujus Regni, & jure patronatus laïcorum contrarium continere, vel sine vitio subreptionis, aut obreptionis expediri non potuisse.
- Et de opinione communi, & praxi hujus regni, quæ non sine magno Reipubl. Christianæ damno omitti, aut vitari possit. Ubi etiam jus Regale dictæ retentionis defenditur, & comprobatur, Et Antonini Dianæ opinio novissima in contrarium improbat, & convincitur evidentissimè, non solum ratione, sed etiam sacrorum Canonum constitutionibus. Et latius non insistit Author, quoniam plenus ea de re speratur tractatus. Et de his *ex n. 182. ad n. 186.*
- Ubi etiam, mandatis Principum aliquando non esse obtemperandum, si aliquid insolitum, durum aut legibus sive rationi contrarium contineant; sed secundam jussionem esse expectandam.
- Et de vitio subreptionis, & obreptionis, & clausula, *si preces veritate nitantur.*
- Episcopi, & Ecclesiastici iudices, si inobedientes sint mandatis Regum & supremi Consilij Castellæ, aliorumque Senatum, in cognitionibus per viam violentiæ, aut in aliis causis, utrum à Regno expelli possint, & temporalitatibus privari.
- Et de justificatione praxis hujus Regni, juxta quam interdum Ecclesiastici propter inobedientiam expelluntur, & temporalitatibus privantur.
- Ubi Antonini Dianæ novissima resolutio in contrarium, novè etiam & concludenti ratione confutatur.
- Et Didaci Covar. & aliorum plurium opinio, jusque Regale Hispaniæ defenditur: Dummodò cautè & magna cum deliberatione procedatur; & tunc demum cum qualitas & gravitas causæ, magnæque Ecclesiastici Judicis contumacia, publicæque honestatis & autoritatis Senatus causæ & justificatio id exposcere videatur. Et de his, *ex numer. 186. ad numer. 191.*
- Dignitatem Ducatus, Marchionatus, & Comitatus concedere, ad jus Regale refertur: de quo *numero 191.* & latè per Mastrill. *de magistrat. libr. 4. cap. 5. 6. & 7.* ubi videndum est.
- Quod ea, quæ privilegium aut beneficium Principis supremi tangunt, non possint per alium quàm per ipsum Principem dirimi, aut explicari, ad jus Regale referatur, vel non.
- Ubi distinctio Baldi probatur, quæ apud Pragmaticos obtinuit.
- Quod si contenditur principaliter, & per se, de valore privilegij, seu de interpretatione verborum ipsius, de ejus mente & potestate, tunc causa pertinet ad Regia Tribunalia, Regiosque Auditores qui Regem repræsentant. Sed si non contenditur de jure privilegij, nec Principis mente, sed de facto partium sit quæstio, Judicum inferiorum cognitio sit. Et ita explicari debent jura nonnulla in proposito loquentia: de quo hic, *numero 192.*
- Facultas Regia ad alienandum bona majoratus, vel hypothecæ subjiendum, aut annuos redditus super illis constituendum; ad jus Regale supremum refertur. Atque ex sententia quorundam, concedi non posse licitè & de jure facultates prædictas. Sed ex vera & communiori sententia, justè & de jure dari, dummodò causa publica, vel ipsius majoratus evidens utilitas aut necessitas interveniat. Et tunc jus Regale defenditur, & sine scrupulo procedere videri dictas facultates, quæ communi usu, inveteratæque consuetudine & tempore immemoriali dari consueverunt.
- Dummodò id servetur quod Author hic adnotavit. Et Velasquez Avendañ. considerationes nonnullæ in proposito probantur & laudantur.
- Quid si majoratus institutor alienationem prohibens, expressè quoque disposuit ne facultas Regia peteretur in contrarium?
- Quid si pœnam privationis imposuit petenti facultatem? Aut si simul etiam adsint clausulæ derogatoriæ facultatis prædictæ;

INDEX CAPITUM.

prædictæ; vel exclusa sit omnis & quæcumque causa; etiam publica, & utilissima quoque majoratui? Aut ita expressum in facultate, cujus virtute majoratus institutus fuit.

An denique dictarum prohibitionum, poenarum & clausularum mentio facienda sit Principi? ubi Avendañi observationes novæ, novè etiam ad examen reducuntur.

Facultas Regia ad alienandum, semper intelligitur, deficientibus bonis liberis,

etiamsi in ea non exprimatur: & requiritur quod bona majoratus non sufficiant ad debita solvenda: & de his ex numer. 193. usque ad fin. cap.

Regalia o derecho Regal, es, que los Reyes puedan llamar Palacio a sus casas, y Concejo a sus audiencias, y los Señores no lo pueden hazer, ni usar de las Regalias, ni traher coches de seis cavallos, ni estar en las Iglesias con cortina, que es gran Regalia: num. ult. pag. 367. & seqq.



ADMONITIO



ADMONITIO AD LECTOREM.



NOBILISSIMUS iste Tractatus *de Tertius debitis Regibus Hispania ex fructibus & rebus omnibus quæ decimantur*, cujus materia maximi est momenti, admodum utilis & necessaria, cujus praxis perpetuo est in usu, quamque nullus alius adhuc tractavit author, cum omnium laude & plausu fuerit exceptus, *hanc novam Editionem* præcedentibus correctiorem & perfectiorem, omnibus fore gratissimam speramus & exoptamus.

